



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

276. feria 4. de Gratitudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

490 Feria 3. Domin. 15. post Pentecost.
ristia, de inspiratione Spiritus sancti, quā
movemur ad usum rectum sacramentorum,
de gratia nostra, & proximorum, de gloria
æterna, cuius Spem in sinu habemus repo-
saam. Ita Christus amator hominum ga-
debat, videns plurimos per Apostulos con-
vertendos. *Luc. 10.*

Conf. 3. Gaudium D Augustini his verbis
expressum: Manual. cap. 12. *Christus Deus
nous, mel dulce, lac nireum, cibus, & gaudium!*
*Quia præsentia & possessio rei amabilis cer-
tissima gaudij est causa: sed omnium ama-
bilium Deus est Princeps, & nobis tot modis
præsens. Igitur in Domino semper gaudabo.*
Si non volo vanè gaudere, ut ait August.
*9. Confess. 4. Volentes gaudere forinsecus
facile tranescunt.*

MEDITATIO CCLXXVI.

Feria 4. Domin. 15. post Pentecost,

De Gratitudine.

Aspiciam Dominum IESVM gratum erga
se beneficos, hinc turbam se sequentem
bis illustri miraculo pascit, & consitenti se
Petro: *Tu es Christus, &c.* Vicissim pronuntiat
beatum Matth. 16. Petam similiter DEO
esse gratus.

Conf. 1. Quod gratitudo sit virtus, quā
beneficia à proximis accepta cognoscimus,
lauda-

cost.
quâ
rum,
lo: ia
epo-
gau-
con-
erbis
Deus
ium!
cer-
ma-
odis
ebo.
gust.
secus
ost,
erga
tum
ti se
njar
xo
quâ
ous,
ida.

Feria 4. Domin. 15. post Pentecost. 491

laudamus, & datâ opportunitate pro possi-
bilitate remunerare decernimus.

Conf. 2. Incitamenta. 1. Ingrati sunt viles,
abjecti, abominabiles, sui amantes. Quis
reddit mala pro bono, non recedet malum de
domo ejus. Prov. 17. Iudeos nihil aquæ perdi-
dit, atque ingratitudo, inquit D. Chrysostom:
Hom. 27. in Matth. cap. 8. 2. Gratitudo
majoribus beneficijs animos parat. 3. Apud
Deum, & homines in pretio est, ille benefi-
cos vult honorare. Et fecit Christus ab ini-
tio vitæ usque ad mortem, in Cruce grato
latroni bene faciens.

Conf. 3. Actiones ejus. 1. Beneficium non
negare, non dissimulare, non obliisci, sed
agnoscere, magnificare, memoriam retinere.
2. Beneficium & benefactorem laudare, &
opportune publicè prædicare. 3. Amare
benefactorem, & ei gratias agere. 4. Benefi-
cium honore, reverentia, æqualibus, vel
etiam majoribus beneficijs cōpensare. 5. Sine
spe remunerationis gratum & beneficium
esse in benefactores.

MEDITATIO CCLXXVII.

Feria 5. Domin. 15. post Pentecost.

De Humilitate.

A Spiciam Dominum IESVM invitantem
universum orbem ad imitandam Hu-

X 6 militas